BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

prehendens ambas columpnas quibus
sustentabatur domus alteram quoque e
arum dextera alteram leva tenens
ait. moriatur anima mea cum phi
listiim concussisque fortiter colump
nis cecidit domus super omnes prin
cipes et ceteram multitudinem que
ibi erat. multoque plures interfecit
moriens quam ante vivus occi
derat. descendentes autem fratres eius
et universa cognatio tulerunt corpus
eius et sepelierunt corpus eius
inter saraa et escaol. in sepulchro pa
tris sui manue. Iudicavitque israel
viginti annis. XVII

Fuit eo tempore vir quidam
de monte ephraim michas
nomine. qui dixit matri
sue. mille C argenteos. quos sepa
raveras tibi et super quibus me audi
ente iuraveras ecce ego habeo et a
put me sunt. Cui illa respondit
Benedictus filius meus domino
reddidit ergo eos matri sue quos dixe
rat ei. consecraveram et vovi argen
tum hoc domino ut de manu mea
suscipiat filius meus et faciat
sculptile atque conflatile. Et nunc
trado illud tibi. reddidit ergo eos
matri sue. que tulit. CC. argenteos
et dedit eos argentario ut faceret
ex eis sculptile atque conflatile quod
fuit in domo miche qui ediculam
quoque in ea deo separavit et fecit e
phot ac teraphim id est vestem sacer
dotalem. et ydola. implevitque unius
filiorum suorum manum et factus
est ei sacerdos in diebus illis non
erat rex in israel. sed unusquisque quod

sibi rectum videbatur hoc faciebat.
Fuit quoque alter adolescens de bethleem
iuda ex cognatione eius eratque
ipse levites et habitabat ibi. Egressusque
de civitate bethleem peregrinari
voluit ubicumque sibi commodum
repperisset. Cumque venisset in mon
tem ephraim iter faciens et declinasset
parumper in domo miche interrogatus
est ab eo. Unde venis. qui respondit
levita sum de bethleem iuda et va
do ut habitem ubi potero et utile mi
esse prospexero. Dixitque micha.
mane inquid apud me et esto mi
parens ac sacerdos. daboque tibi per
annos singulos. X. argenteos ac
vestem duplicem et que ad victum
tuum necessaria sunt. acquievit
et mansit aput eum. fuitque ei quasi
unus de filiis. implevitque micha
manum eius et habuit aput se puerum
sacerdotem. Nunc scio dicens quod
michi benefaciet deus habenti levitici
generis sacerdotem. XVIII

In diebus illis non erat rex in israel.
et tribus dan querebat possessionem
sibi ut habitaret in ea usque ad illum
diem enim inter ceteras tribus sortem
non acceperat. miserunt igitur filii
dan. stirpis et familie sue quinque
viros fortissimos de saraa et escaol
ut explorarent terram et diligenter
inspicerent. Dixeruntque eis. Ite et con
siderate terram. qui cum venissent
pergentes in monte ephraim et in
trassent domum miche requieve
runt ibi. et agnoscentes vocem
adholescentis levite utentesque il
lius diversorio dixerunt ad eum

xviii